



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

14. Quomodo Alcimus præcipiens destrui muros demus sancti interioris,  
admirabili plagarepentè diuinitus percutitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

ductus misericordiam non sit consecutus, sed  
ius rationem reddit Lyranus, (in cap. 9. lib. 2.  
*Mach.*) nempe pœnitentiam eius nō fuisse ve-  
ram: non enim fuit propter offensam Dei, sed  
tantum propter euasione[m] corporalis flageli,  
eoque non fuit misericordiam consecutus,  
nec in culpæ, nec in pœnæ remissione.

*Ex lib. 1. Machabeorum cap. 9. Alcimus precipit  
destrui muros domus sanctæ interioris, admirabilis  
plaga repente diuinitus percussit.*

## CAP. XIV.

**A**NNO centesimo quinquagesimo tertio,  
in mense secundo, precepit Alcimus destrui  
muros domus sanctæ interioris, & destrui  
opera prophetarum: & cœpit destruere. In tem-  
pore illo percussus est Alcimus: & impedita  
sunt opera illius: & oclusum est os eius, &  
dissolutum est paralyssi, nec ultra potuit loqui  
verbum & mandare de domo sua. Et mortuus  
est Alcimus in tempore illo cum tormento  
magno.

*Ex libr. 2. Machabeorum cap. 3. Heliodorus missus  
ad rapiendos templi thesauros, sacerdotibus Deum  
inuocantibus, diuinitus flagellatur, rursusque  
inuita summi sacerdotis precibus liberatur.*

## CAP. XV

**C**UM sancta ciuitas habitaretur in omni  
pace, leges autem adhuc optime cultoribus  
rentur propter Onie Pontificis dispositionem  
& pietatem, & animos odio habentes mala  
fi